

DISPUTATIO V.
DE COMMUNICATIONE
Idiomatum.

THESIS I.

Primū genus communicationis vocatur κοινωνία ἰδιωμαίων, καὶ ἐξοχὴν : quando propria naturarum communicantur personę in concreto ; Ubi interdum per particulas distinctivas suę naturę vindicantur.

2. Sive igitur humana de filio Dei, sive divina de filio hominis, sive humana de homine, sive divina de Deo, sive & ista & illa de Christo enuncientur, ad hoc genus referri debent.

3. Cujus rei ratio est ; quia & nomine filii Dei, & nomine filii hominis hęc non intelligitur tantū Deus, aut tantū homo, sed θεῶν ἄνθρωπος ; Hoc est ; antecedens istarum propositionum notat personam compositam, quę est Deus & homo.

4. Angustior est ἀντίθεσις Damasceni, & ἀλλοίωσις, quā ut totum hoc genus complectatur.

5. Et falsa est adversariorum oppositio : Deus est passus, hoc est ; Caro Deitati unita est passa. Homo est omnipotens, hoc est, Deitas humanitati unita est omnipotens. Beza in part. 1. respons. ad Colloq. Momp. p. 183.

6. Secundum genus communicationis (quod alii